Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et euangelium inter doctores legis et doctores euangelii et ostendit quia
tanta distantia est inter legem et euangelium inter doctores legis et euangelii
Ve monstrat quia mecum sumus in domini nostri et gratia regamur: fiducia
nunc. i. audacia. et fidem talem habemus per eum dominum nostrum. cui pas
sione redempti. et reconciliati sumus ad dominum. i. apud dominum patrem. qui
ego dicitur et septuus sum insequentibus. Non quod sufficientes simus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est.
Hic destruit omnem gentilem liberi arbitrii. per quod multi putant
se posse aliquid bonum agere sine dei gratia. et idcirco ista omnia ait. ut
ostendat mecum bonum suum virtute et prudentia posse cogitare aut
facere. Unde quid. Non habemus talem fiduciam. i. audaciam quod simus sufficien
tes. i. quod possimus cogitare a nobis aliquid bonum nobis futurum sit sine
gratia dei. sed sufficientia et abundantia nostra ex deo est. quia dat velle et
posse. i. non solum nos ualemus bonum aliquid placere sine dei nostra et gratia
precedente et subsequente. sed nec cogitare. Si enim gratia nos preuenit
ut uelimus. et ipsa nos subsequitur ut possimus. Unde exorabat psal
mista dicens. Oriatur eius preuenet me. et misericordia eius subsequatur me. Si enim
non ualemus cogitare quomodo poterimus placere. Qui fecit nos idoneos
idest apostolos egregios ministros noui testamenti. non littera sed spiritu. idest
non fecit nos ministros in littera legis ut producaremur circumcisionem
carnalem obseruandam ut sabbatum octauum aut neomeniarum. Ysaie
ficiorum celebrandum. sed in spiritualem intelligentiam euangelii. quod spiritualem
est intelligendum. Cui obseruatio spiritualis semper tenuit. tempore baptis
matis. Quod autem dicit idoneos ministros. sed alios quoque apostolos idoneos
fuisse ostendit. Idoneus minister est ipse egregius et utilis. argumen
tum apostolici sermonis agit. Littera autem occidit. spiritus uiuificat. Duobus
modis intelligendum est. littera legis mosaice occidit hominem cor
poraliter. et iubendo et non iuuando. Nam enim dicit. non occides. non
adulterium facies. quia adulterium aut tale aliquid perpetrauerit.
reus erit iudicio. i. occidetur. igne cremabitur. lapidibus obruetur
in patibulo suspendetur. et non iuuat quomodo impleat. Peculiaris
bio littera ipsa occidit hominem que iudicium dat. ut occidatur. li
cet ipsa non sit causa mortis eius. Spiritus autem uiuificat. i. euangelium
quod spiritaliter intelligitur. et quod spiritum semper. non solum occidit hominem
in presenti. sed insuper uiuificat. i. uitam eternam prestat. Hunc enim

moysen et christum
tanta est inter

deuita salute et
ut mihi quasi
ex nobis aliquid
bonum

sub audit dis

quia occidere
vel

nd

prestat